

concludat, quod siue petatur relaxatio iuramenti ad effectum agendi, vel excipiendi tantum, siue ad rescissionem contractus requiratur citatio partis aduersae.

112. Sed reuera si ipse considero, quod quotiescunque petitur relaxatio & absolutio iuramenti ad effectum agendi, vel excipiendi tantum coram iudice Ecclesiastico, non vero ad rescissionem contractus, de nullo praepudicio eius, in cuius fauorem iuramentum interpositum est, tractatur, quia etiam si concedatur dicta absolutio & relaxatio a iuramento praestito, remanet ita validus contractus & fortis, sicut erat ante concessam absolutioem, quia per eam nihil detrahitur vel diminuitur validitati ipsius contractus iurati, sed tantum conceditur ad hunc effectum, quod etiam si is, qui iurauerit, egerit & venerit aduersus praedictum contractum, non sit perjurus, remanet tamen obligatus ad obseruantiam contractus, sicut erat antea, vt iam supra late conclusum & probatum est: vnde cum nullum praepudicium versetur in hoc illi, cui iuratum est, & etiam eo inuito & contradicente debeat concedi, videtur merito, eius citationem non requiri: quia regula iuris est: Quod qui potest inuito aliquo aliquid facere, poterit etiam & eo ignorante facere.

Licet posset obijcere quis, quod praepudicium sit alteri parti ex sola absolutioe & eius concessioe, quia cum eo poterit is qui iurauerit, mouere actione contra eum aduersus contractum, & sic iniuste eum molestare, quod secus esset, si sibi concessa non fuisset d. absolutio, & ita versatur in hoc praepudicium sibi, & ita videtur quod debeat citari ad praedictam absolutioem & relaxatioem iuramenti concedendam per iura supra allegata. Ad hoc potest responderi, quod si in contractu est laesio enormissima, concedenda est necessaria absolutio & relaxatio iuramenti, imo & rescissio contractus fieri debet iuxta supra late dicta, & ad hanc enormissimam laesionem liquidandam tunc citabitur altera pars, quando tractabitur de contractus rescissione ob eam, sed ad iuramentum relaxandum tantum non est necessaria citatio, quia si postea non probauerit enormissimam laesionem, quam allegauit codenabitur in expensis partis aduersae, & sic prouidebitur ei, cui iuratum est, quia hoc est remedium a iure inuentum contra calumiose & iniuste litigantes, non enim est in manu mea impedire iuste litigantem, quousque legitime constet, an iuste, vel iniuste litigauerit, quo casu si constituerit iniuste litigasse, condemnabitur quidem in expensis, vt in l. eum, quem tenere, cum similibus ff. de iudic. & ita non est considerabile huiusmodi praepudicium, si vero postea citato reo, probauerit praedictam enormissimam laesionem, & fuerit locus suae petitioni, bene litigauit, & per consequens non habet reus, de quo se conqueratur, quandoquidem fuit citatus ad litem principalem. Et ita inuenio, quod hoc casu, scilicet, quando petitur absolutio & relaxatio iuramenti ad effectum tantum agendi vel excipiendi, non vero ad rescissionem contractus, quod non sit necessaria citatio partis aduersae, tenet Oldr. conf. 120. & alij plures doctores & eam sequitur & testatur magis communem Matth. de Afflic. dec. Neapol. 220. n. 10. eam quoque sequitur & testatur communem plures doctores relati per Couar. vbi supra, nu. 6. vbi eam videtur sequi, & inquit, quod fortassis magis conueniens sit in praxi haec opinio, dicunt communem & in practica referuari relati per Ignatium Salced. vbi supra, d. 4. limit. vbi eam sequitur & dicit practicari, licet etiam hoc casu sint alij Dd. qui contrariam sententiam teneant & dicant communem relati per Cou. vbi supra, d. n. 6.

Sed meo iudicio supra d. opinio negatiua, quod non sit necessaria citatio hoc casu, est verior & tenenda & communior, quia nullum aut saltem leuissimum praepudicium putatur alteri parti ex iuramenti absolutioe concessa, item quia citatio partis non requiritur in his, quae iudex potest facere ex officio, secundum Hippol. vbi supra, n. 63. Sed hanc relaxatioem potest iudicarius ex officio concedere, vt notant Dd. in c. 1. de iur. iur. Igitur ad eam concedendam non requiritur citatio item citatio non requiritur, vbi lex in aliquo actu non exigit plenam probationem, sed contentatur solis articulis vel argumentis, secundum Hippol. vbi supra, n. 73. sed ad hanc relaxatioem concedendam non requiritur plena probatio, sed sufficit semiple. na vt per Dd. in c. 1. Igitur, item citatio non requiritur quando de stylo & consuetudine curiae non fit, secundum Hippol. vbi supra, nu. 83. sed de stylo & praxi illa non fit. Igitur non est necessaria, & hanc opinionem testatur communem & receptam in practica, & tenendam in iudicando & consulendo plurimos Dd. allegans latissime & melius omnium, quos ipse viderit, examinans & resoluens supra dicto modo materiam hanc Rol. a Valle conf. 1. per tot. lib. 2. qui omnino est videndus, vbi etiam allegat Couar. vbi supra, testatur magis communem eam sequitur idem Rol. conf. 59. n. 28. li. 1. etiam ipse vidi in practica in quadam causa, in qua eram aduocatus concilij villae de Serreion quoddam breue Illustr. ac Reuerendissimi Nuntij Hispan. impetratum, in quo committebatur causa relaxatioem & absolutioem a iuramento per d. concilium hoc est, per homines illius praestito super quodam contractu seruando: Priori monasterij Sancti Vincentij huius ciuitatis Placentiae, vt ipse Prior posset praedictam relaxatioem & absolutioem a iuramento concedere, si res. provt narratum fuit, se haberet, no citata parte contraria, ad effectum tantum agendi, & ipse Prior viso contractu iurato, & quod fuit facta vera narratio domino Nuntio, absque eo, quod facta aduersam citaret, concessit praed. absolutioem & relaxatioem d. concilio, quod ipse vidi, & intellexi, & legi, videndus est etiam ad idem Rol. a Valle conf. 13. n. 5. & 38. li. 1. vbi refert duas communes opinioes contrarias in articulo supra dicto, & tenet negatiuam, quod non requiratur citatio, videndus est etiam latissime Tiraq. in tract. res inter alios act. pag. 32. limit. 30.

Vt etiam se offert nunc examinanda quaestio illa: An ad hoc, vt adultus iurans seruare contractum suum excludatur ab integritate restitutione data laesioe sui necessarium, quod certioratur, de illo beneficio sibi competenti, & quod ei renuntiet, an vero sufficiat iurare se non venturum aduersus contractum a se factum.

Et primo quidem videtur dicendum, esse necessariam certiorationem praedictam, quia nemo videtur renuntiare ei, quo de non cogitauit, vt in l. mater decedens, ff. de inoff. testam. cum similibus, sed minor non cogitat, cum iurat, sibi competere restitutionem: Ergo ei non videtur renuntiare, & iuramentum non porrigitur ad aliud, de quo non est cogitatum, vt in l. si. C. de numer. pecun. & in l. si. ff. qui sat. cogantur, cum similibus, & ita inuenio, quod hanc opinionem tenent Dyn. & Cyn. in l. 2. C. de rescind. vend. & Ioan. Andr. in cap. penult. de empt. & vendit. vbi Ant. de Butr. dicit, hanc esse communem opinionem, dicit etiam communem Alex. in l. sciendum, n. 36. de verb. oblig. sequuntur etiam & dicunt communem plures relati per Tiraq. in praefatione l. si vnquam, nu. 151. C. de reuoc. donat. hanc etiam opinionem sequuntur & dicunt communem alij plures relati per dominum meum, in l. 2. nu. 43. C. de rescind. vend. quam sententiam nouissime post plures annos, postquam haec scripta in lucem prodierunt, sequitur & communem proficitur plurimos Dd. refert ens Marienc. in l. 1. tit. 1. lib. 5. Non. Coll. Reg. gl. 8. n. 32.

114. Sed nihilominus si huius non obstantibus contraria sententia, imo quod non sit necessaria certioratio, sed iuramentum simpliciter praestitum super obseruatione contractus excludat minorem ab integritate restitutione, absque eo, quod certioratur, est verior, communior & tenenda in iudicando & consulendo: & primo per textum expressum meo iudicio in l. 1. supra eodem & in hac authentica. Sacramenta puberum, si recte considerentur, quia haec iura, quae firmitatem & robur praestant contractibus puberum iuratis, non requirunt huiusmodi certiorationem, sed dicunt, Sacramenta puberum super contractibus rerum suarum sponte facta inuoluntate custodiantur; Itaque non dicitur in hoc textu, quod debent iurare dicti puberes restitutionem non petere; Vnde generatim debent intelligi iuxta iura vulgaria, & profecto optimum fundamentum est hoc.

115. Secundo pro hac opinioe facit, quia iuramentum super facto extenditur ad omne ius resultans ex illo facto, vt probat text. in l. si duo patroni, §. idem Iulianus, & in l. si quis iurauerit, & ibi notant doctores, & in l. duobus, §. 1. ff. de iur. iur. Et quia cum minor iurat super hoc facto, hoc est, se non contrauenturum contractui, sed eum obseruaturum, non poterit contrauenire ea ratione, quod non fuerit certioratus de beneficio restitutionis sibi competenti, quia suum iuramentum super facto extenditur ad hoc ius, de quo in genere cogitauit, quandoquidem iurauit se non contrauenturum na alias esset peritius non implendo suum contractum & iuramentum, & ita inuenio, quod Alberic. de Rolat. maximus quidem, vt refertur, practicus, no minus quam iudicis in hac authentica. Sacramenta puberum, 3. col. & 4. inquit, se communiter vidisse seruari, quod contractus celebrati per minores cu iuramento sunt reputati validi, etiam sine illa certioratione, sed quia opinio tanti Doctoris Dyn. est tot iuribus falcita, ad omne dubium tollendum dicit Alber. se credere futurum, quod in contractibus minorum adiciatur, q. certiorati fuerint, & quod ita fecit in pluribus apponi, eandem quoque sententiam, quod non sit necessaria aliqua certioratio, repetit Bart. in praesenti, nu. 16. dicens, quod quicquid dixerit Dyn. & Cyn. communiter seruatur contrarium, & quod ipse contrarium etiam consuluit, & ibi eius additio littera D. inquit, hoc Bart. consuluisse conf. 77. & refert alios doctores, id tenentes, alias est conf. 90. incip. dilecto domino, n. 1. tenet etiam idem Bart. in dist. l. idem Iulianus, n. 6. & ibi Paulus de Cast. n. 11. & 13. & idem Bart. in dist. l. n. 12. & 13. C. de rescind. vend. & idem Bart. in dist. l. sciendum, n. 8. ff. de verb. obligat. vbi l. 1. n. 33. ad fi. dicit, hanc esse magis communem opinionem, dicit etiam magis communem Alexand. conf. 4. n. 1. o. li. 1. dicit communem Anton. de Burgos in c. cum causa, n. 42. de emtione & vendit. & ibi Barbat. late discutit hanc opinionem n. 21. sequuntur plures relati per Tiraquel. vbi supra, n. 135. hanc etiam opinionem pluribus relatis restatur communem Ant. Gomez 2. tom. c. de restitution. min. nu. 18. in versic. quinto, extendit, dicit etiam communem & ab hac communi non videri esse recedendum Greg. Lop. in l. 6. tit. 19. part. 6. gloss. iurasse, ad medium, vt dicit, tutum esse facere, quod Alberic. & quod plane procedit in certioratione iuris, & ibi refert, quid de certioratione facti, eandem etiam testatur communiter approbatam Dd. quos in vnum conuulsi Menesius in d. l. 2. n. 34. C. de rescind. vend. qui omnino est videndus, vbi dicit, quod omnes Dd. hoc intelligunt procedere, siue minor iuret cum curatoris auctoritate, siue solus, excepto Bald. ibi quaest. 9. n. 12. qui hanc Bar. opinionem communem vult restringere quotiescunque minor iurat cum auctoritate curatoris, sed quod e-

ius opinio comuniter reiecta est, allegat etiam ibi bonum text. pro hac opinioe in c. ex rescripto, de iur. iur. vbi probatur, quod valet renuntiatio Velleiani facta a muliere iuratae, etiam si de illo beneficio certiorata minime fuerit, de quo text. alibi dicam latius annuente Deo, hanc etiam opinionem sequitur Arias Pinellus in repet. dist. l. 2. C. de rescind. vendit. 3. part. c. 1. nu. 10. postquam retulit plures Doct. pro & contra & inquit, se non dubitare stante l. 1. supra eodem, & hac authentica, maximeque ex de iur. iur. Poticij circa obseruandum iuramentum non posse recedi ab hac opinioe Bartol. Iura enim aperte eam vim tribunt soli iuramento, nulla exspectata certioratione minoris, cuius ignorantiam & imbecillitatem praesupponunt, plus tribuendo obseruationi iuramenti, quam fauori aetatis, nec eam restrictionem admittunt illa iura. Haec tenet ille, eandem sequuntur plures relati per Marienc. vbi supra, vbi etiam proficitur esse communem, licet prior e sequatur.

Pro hac etiam opinioe ipse ultra omnes supra dictos considero leges Regias, quae consonant auctoritatibus nostrae, scilicet l. 16. in princ. tit. 11. part. 3. & d. l. 6. tit. 19. part. 6. vbi dicitur, quod si minor 25. ann. maior autem 14. ann. iurauerit se non contrauenturum contractum a se facto ratione minoris aetatis, non poterit postea contrauenire, etiam si post apparuerit fuisse laesum & danificatum. Ecce ergo iura Regia expresse probantia, non esse necessariam certiorationem beneficii restitutionis minoribus competentis ad hoc, vt minor excludatur a praedicta restitutione, etiam si laesum fuerit. Nec obstat si replicet quis dicens, quod imo illa iura Regia manifeste dicant contrarium, dum probat, quod minor debet iurare, se non contrauenturum ratione minoris aetatis. Ergo praesupponunt scientiam & certiorationem beneficii restitutionis propter eam etate sibi competentis. Quia ad hoc respondeo, quod in illis legibus de certioratione minoribus facienda tempore iuramenti verbum nullum, & licet dicant, quod minor debet iurare, se non contrauenturum ratione minoris aetatis, etiam si id non dixisset, deberet adhuc intelligi, quia clarum est, quia si essent maiores 25. annis non esset necessarium eos iurare, vnde licet exprimat, quod inest, no debet nos alterare, vt sunt iura vulgaria, vnde infero ipse, quod etiam adultus in suo iuramento dicit, se non contrauenturum contractum a se gesto ratione minoris aetatis, sed tantum dicat, quia sum minor 25. annis, maior autem 14. iuro, & c. me non contrauenturum huic contractui per me gesto, sufficere quidem & idem operari, ac si dixisset ratione minoris aetatis, quia eo ipso, quod dicit se esse minorem, viginti quinque annis, fatetur ea ratione se iurare contractus obseruationem, iste est textus in praesenti expressus quidem, & in dist. l. 1. supra eodem, & sic debent intelligi & declarari dictae leges Regiae, quae vere & realiter hoc volunt dicere & significare, & haec est veritas meo iudicio, quia iuramentum super facto comprehendit omne ius subintellectum in facto, vt supra dictum est, licet hodie communiter copiosius soleant minores iurare, & est cautela, vt iurent, se se non contrauenturos ratione minoris aetatis, nec alia quacumque causa & ratione, vt excludatur remedium dist. l. 2. C. de rescind. venditione, & alia remedia, quae etiam maioribus competunt, vt supra dictum & declaratum est.

Est tamen aduertendum, quod licet supra dicta omnia ita se habeant, & debeat indicari & consulti iuxta supra dictam Bartol. magis communiter receptam sententiam contra opinionem Dyn. & sequaciu, consultius tamen est, ad tollendum omne dubium, quod minor certioratur, vt inquit Alberic. vbi s. & ita solet fieri

communiter per notarios, proyt continetur in hu- iusmodi instrumentis, quia certiores sunt de huius- modi remedio restitutionis in integrum sibi cooperati, & ei renunciat cum iuramento. Si tamen hoc forsitan omittatur, si quis erit contractus nihilominus, & iuramenta puberum, si sponte facta sint, inuolubiler custodiantur, ut probat noster textus unde non est necessarium examinare, quod las. examinatur in d. s. i. dem Juliano, n. 19. scilicet, an credatur tabellioni dicenti se certiorasse minorem de hoc beneficio sibi competentem. Et cum his meo iudicio recte & clare remanet examinatus & dilucidatus articulus hic du- bus, in quo Dd. nimis variu sunt.

Nec obstat fundamentum contrarietatis partis, scilicet, quod iuramentum & renuntiatio non extenditur ad incogitata tempore renuntiationis, quia ex his, quae in fauorem huius secundae magis communis opinio- nis, adduximus, patet responsum, scilicet quod quotiescumque minor, quia minor est, iurat non contrauenire contractui, sicut in genere cogitur de reme- ditet examinatus & dilucidatus articulus hic du- bus, in quo Dd. nimis variu sunt.

117 Vterius prosequendo materiam hanc est aduer- tendum, quod licet gloss. Cyn. & alii in praesenti dicat & teneant, quod textus hic & similes non habeant locum nec procedant in impubere, etiam proximo pu- bertati & doli capaci, & non desunt, qui hanc opinio- nem dicant communem, inter quos est Couar. in cap. quamuis partum, 3. part. s. n. 3. de partu in 6. ubi alios re- fert, & teneant alij relati per Dd. infra allegandos in 2. opinio id fundantes ex tex. in praesenti, dum ad validitatem contractuum iuratorum requirit, quod sint facta & emissa iuramenta a puberibus, item etiam eam probant ex ll. Regiis superius adductis, quae quidem omnes loquuntur in superibus iurantibus.

Vterius tamen communis & magis communis & te- nenda in iudicando & consulendo opinio est quod tex. hic & similes procedant etiam in impuberibus, proximis pubertati & doli capacibus, maxime atten- to iure canonico, cui est standum in materia iurame- ti, tanquam concernenti periculum & peccatum, ar- gument. c. si tibi notant gloss. & Doctores de praescript. quae etiam opinio probatur in ea quamuis partum, de partu in 6. & in c. ex literis, in 6. de sponsalib. atque ita hac opinio- nem tenet idem gloss. Abb. & alij doctores, item Bart. restatus eam communem esse in praesenti, & Salycet. & Paul. de Cast. sequitur etiam plures allegans & di- cens, quod ita fuit vocatum in toto conf. Neapolit. quod haec opinio Bartol. & Canonistarum sit obser- uanda, Mathaeus de Afflict. decis. Neapolit. 322. n. 3. & sequentibus, sequitur etiam & restatur communiorem & veteriorem Gregorius Lop. in d. l. 6. part. titul. final. part. 6. in gl. Mayor de catorze annos, dicit communem, & quod ab ea non est recedendum in iudicando & consulendo, licet in puncto iuris dicat eam falsam Gomez 2. tom. var. c. de restitut. minoru. nu. 18. refert alios eandem opinionem tenentes Couarr. ubi supra, & ultra supradictos, articulum hunc latissime omnium exa- minat pro & contra Curt. Iunior in praesenti, nu. 45. & pluribus sequentibus, qui n. 73. testatur, hanc secundam opinionem communem esse, & n. 85. inquit, quod du- m esset recedere in iudicando ab ista vltima opinione fauore animae Eandem etiam opinionem tenet a nemi- ne allegatus Imbertus de Bouenco, Doctor antiquus in suo tractatu, quem fecit super hanc anth. n. 9. ubi bene considerat, maiorem fauorem versari in eo, quod hoc casu iuramentum adimpleatur, quia rescipit animam, quam ut non seruetur propter beneficium minoris a-

tatis, quod est fauorabile solum personae minoris, no- animae ipsius, & ita consulo tenendam esse hanc secun- dam opinionem, tanquam magis comunem & verio- rem, attento iure canonico, & securiorem animae; & quia apud hos Dd. possunt latius videri fundamenta pro & contra, & eorum responssiones, amplius super hoc non in istam: duas comunis opiniones suprad. refert Ant. Gabr. l. 2. com. opin. conclus. 6. de minor. n. 39. pag. 113. & vltimo loco refert hanc tenendam, & iterum refe- rantur in 1. tom. com. op. lib. 9. q. 11. de iuram. pag. 619.

118 Praeterea tex. in praesenti procedit, nedum in co- tractibus, in quibus loquitur, sed etiam in quasi con- tractibus, nam procedit in donatione & stipulatione puberum, cum haec appellentur quandoque contractus ut in l. si donatione, in principio, C. quod met. caus. & in l. si quis emittens, in princip. C. de praescrip. 30. vel 40. annorum, cum similibus, atque ita hanc opinionem tenet gloss. in praesenti, verb. contractibus, ubi nos contra, & sequitur Bart. hic & las. in l. 1. n. ff. si quis in ius vocat. non ierit, & licet Ang. ib. n. 5. & Curt. Iun. n. 4. & Petr. & Cyn. hic teneat con- trariu. n. opinio est gloss. testatur comunem, alios referens Curt. Iun. hic n. 137. qui est videndus a n. 127. & est etiam videndus super hoc Tiraq. post leges conubiales. gl. 3. n. 156 & haec opinio probatur in c. in praesenti, de proba- tionibus, qui est textus expressus in verj. praeterea, & ita tenet Imbert. de Bouenco in praesenti, n. 15. & Mench. plu- res allegans, loquens in donatione l. 1. controuers. v. susseq. c. 13. n. 2. est magis magis comunis opinio, secun. Mari. Soc. Iun. conf. 79. n. 5. li. 2. adde, q. in donatione, cu in sola voluntate consistat, & ad aliquod no correspondit ta sit, no cadit consideratio, ut in ea quis dicatur enor- miter vel alio modo laesus, ut cum Bart. Bertrand. tra- dit idem Mari. Soc. Iun. conf. 47. n. 31. ubi limitat, quando alio respectu daretur lesio, scilicet, propter fragilitate aetatis, & quia filius minor donauit, ut patri obediret cui ta iuuenis no auit contradicere, quia tuc ob gra- ue damnu praesumitur doli patris, & ita potest sus- picari de dolo & fraude, sicut in contractibus respectibus, ac proinde agi ad rescissionem donationis vel cessio- nis, etiam iurata, & quod donatio sep renuntiatio gra- tuita ex causa enormissimae lesionis no rescindatur, tenet alios, allegans nouissime, post huius operis pri- ma editione D. Molin. de primog. Hisp. li. 2. c. 3. n. 10. & n. 32. loquitur in nostris propriis terminis donationis iuratae a minore, ut sic sit intelligendum, quod minor aduersus eam non restituatur, pro praed. enormissimae laesionis si minor consulte ac in causa iusta ac hone- stam, sibiq; alioqui vilem id fecit, secus si hoc defi- ciat, ut n. 33. cu alios probat. *Estque communis, & se- cundum eam resoluit Senatus Pedem. ut nos hoc in loco, aliisq; referens restatur nouissime post huius operis secundae editionem Anton. Thell. decis. 66. n. 1. cu sequentibus, & comuniter recepta plurimos allegans & late probans, respondens contrariis profertur nouissime Ioan. Vincent. Hodede conf. 42. n. 9. cu sequenti- bus, ubi etiam, quod huiusmodi donatio a minore facta cu iuramento, non rescinditur praetextu enormissimae laesionis, & quod ita fuit pnuntiatum. *Et quod don- natio, etiam iurata, in qua dolus praesumitur, no valeat vel firmetur iuramento, licet ipsu sit relaxandu, ut in donatione facta minore viginti quinque annis suo cu- ratori, optime tenet & probat Rip. respons. 4. de donat. a- lias 138. in ordin. per totum, & inquit Celsus conf. 117. nu. 31. posse attentari, quod iuramentum non confirmet do- nationem minoris, licet iuras teneatur iuramentum seruare, sed regulariter tenenda est supradicta com- nis opinio, q. limitat Alciat. in d. c. cum contingat, nu. 39. in donatione adferente enorme praedictum mi- nori, hoc tamen solum, si alia causa non subest, mi- nime infringit praedictam donationem, iurata; ut ex supra

supradictis constat, verius tamen videtur, quod i- dem Alciat. ibid. nu. 29. putat asserens, ita nuper in fa- cto consultum respondisse, scilicet, quod si impubes faceret donationem omnium bonorum valde sibi praedictalem, iuramentum hoc casu non obligare, loquitur in praedictis Alciat. in impubere seu pupillo doli capace. Ita dicta communis opinio pro- cedit in pura & simplici donatione, secus in dona- tione ob causam, in qua contingit enormissima lesio ut in renuntiatione opulentissime hereditatis me- dico facta: Ita Decius conf. 80. nu. 3. & sequ. Curtus Iun. cap. 141. per totum.

119 Qui Imbertus de Bouenco in praesenti, nu. 16. infert, i- dem esse in fideiussione minoris iuramento ipsius vallata pro alijs intercedentis.

Quod profecto est mirabile, si bene consideretur, ut donatio rei immobilis facta per minorem viginti quinque annis, licet maiorem quatuordecim confir- metur iuramento ipsius; Na plus roboris praestat hoc casu iuramentum minoris donationi huiusmodi, q. venditione rei immobilis ipsius minoris, vel alteri contractui oneroso, quia quod iuramentum confir- met contractum & alienationem rei immobilis mi- noris factam sine decreto Praetoris, non mirum est, quoniam iuramentum hoc casu aequiparatur decre- to praetoris, quo interveniente, possunt res immobi- les minorum alienari, ut in Rub. & per tot. C. de praed. & al. reb. minor. sine decret. non alien. vel oblig. & per tot. ff. de reb. eorum, & c. Quod quidem iuramentum alias ma- iorem vim habet, quam res iudicata, ut in l. secund. ff. de iuramentand. at vero, quod iuramentum confirmet donationem minoris, hoc est, adulti, mirabile est at- que maximi habendum.

120 Cum donationes t. a puberibus non possint neq; cum decreto celebrari, nisi certis quibusdam casibus, ut probat text. in l. si in vers. cum autem, C. si maior factus alien. fact. sine decret. ratam hab. & ibi gl. in verb. ce- lebrari. possint, & Celsus d. conf. 117. nu. 1. sic multo magis operatur hoc casu iuramentum, quam in alienatione & datur ex hoc maxime extensio ad textum no- stru loquentem in contractibus, ut procedat etiam in donatione.

121 Quod patet t. alia ratione ex tex. in d. l. si. nam ibi- bidem probatur, quod licet alienatio rei immobilis minoris facta absq; decreto roboretur, si minori ma- jor factus per quinquennium post completum 25. an- num aetatis sue tacuerit, & nihil conquestus si super tali alienatione, ita quod amplius per ipsu vel ipsius heredes non possit retractari, in donatione tamen minoris secus est, quia requiritur silentium 10. ann. super dicta legitima aetate: ergo magis confirmat & supplet iuramentum minoris in donatione, quam in alienatione titulo oneroso, quod profecto est notan- du & menti tenendum, unde forsitan hac ratione mo- tus & alijs quas exprimit Cyn. hic in 12. q. tenet con- tra supr. communem opinionem, sed communis est tenenda, & eam bene defendit ab argumentis & ra- tionibus contra eam adductis Cur. Iun. ubi supra.

122 Unde infero t. idem a fortiori esse in transactione facta a minore super re immobili, sine auctoritate cu- ratoris; Na interveniente iuramento ipsius minoris, firma quidem remanebit, ita ut nec beneficio restitu- tionis rescindi possit ex his, quae supr. sunt in q. pro- xime examinata de donatione; Na si donatio confir- matur, quae est gratuita, a fortiori confirmabitur transactio, quae non procedit, nisi aliquo dato vel re- tento, ut in l. transactio, cum vulg. C. de transa.

123 Praecipue, cum t. haec opinio faueat animae, a quo ca- su etiam lex correctorea exorbitans, & poenalis ex idem- titate rationis extenditur, ut concludit comunem o-

pinionem esse Curt. Iun. hic, nu. 130. & 133 & ita in ter- minis transactionis tenet Bal. in d. l. si donat. & idem in l. si maior, C. de dolo, refert & sequitur Curt. hic, num. 12. & tenet ante eos Imbertus hic, n. 25. & ita est tenendum, & sit quotidie, quia donationes & transactiones & alij quicunq; contractus minorum iustantur, & datur ex hoc maxima limitatio ad ritul. ubi C. si aduers. transact. ut non procedat, quando minor iurauerit transa- ctionem per supradicta.

Unde inferitur, quod cum compromissum sit que- dam transactio, ut in l. non distinguemus, q. Iulianus ff. de arbit. & ibi Dd. valebit compromissum factum a mi- nore 25. ann. sine curatoris auctoritate, & etiam abs- que decreto praetoris, si iuratum sit, cum tamen alias sine iuramento non valeret, si fieret super re immo- bili, licet super re mobili valeat sine iuramento & absque decreto, ut tradit plures allegans Ant. Gom. C. de restit. minor. num. 15.

Et ultra t. eum idem probat ex gl. in l. 1. C. si aduers. transact. gl. si in princ. que tenet, quod transactio super re, quae potest alienari sine decreto, valet cum cura- toris auctoritate, & ibi eam sequuntur Bar. Bald. & Sa- lycet. & ceteri omnes, & inquit ibi Bald. quod illud, quod dicit glossa in transactione, procedit etiam in compromisso.

Verum est, quod eo casu, quo valet compromissum absq; decreto & iuramento, si minor ex eo laedatur, potest restitui, ut tenet Antonius Gomez d. c. de resti- tut. min. n. 1. in si. & quod arbitrium & arbitramentum minorum irrevocabiler iuramento confirmetur, tenet Imbertus hic, nu. 15.

Item decisio nostra authentica procedit etiam in ju- diciali, quia in eis quasi contrahitur, ut in l. 3. si de scri- bit. ff. de pecul. & valet argumentum de contractibus ad iudicia, ut in l. omnem ff. de iudic. & in l. non est mirum, ff. de pignor. actio. Neque obstat, quod text. noster re- quirat, quod iuramenta sint spontanea, & iudicia red- dantur in iuramentum ut l. inter stipulantem, s. si Styobum, ff. de verb. obl. Quia respondeo, quod licet iudicia red- dantur in iuramentum, tamen iuramentu sponte praes- tatur, & ita hanc opinionem, quod text. hic habeat locu in iudiciali, licet non respondeat difficultati tex. in d. s. si Styobum, tenet gl. in praesenti, verb. contractibus in- versis, item qui in iudicio, & eam sequitur Imbertus in praesenti, n. 23. & 24. contra Cyn. & sequitur etiam Bar. hic & idem Bar. in l. min. 25. annis ommissam allegationem, ff. de minor. & sequuntur scribentes hic, & est commu- nis opinio secundum Curt. Iun. hic, nu. 148. & restatur etiam communem cum las. hic, n. 76. Petrus Nunnez Aned. in respons. q. nu. 4. ubi hoc exemplificat, quo- tiescunq; minor constituit procuratorem ad iudiciu & promisit & iuravit se habere ratu, & no cotrauen- turum instantie neq; his, quae per procuratorem ge- sta fuerint, na hoc casu processus gestus cum procura- tore minoris hoc modo constituto valebit, & non dabitur minori restitutio, ut tenet Bart. in d. l. min. 25. ann. ommissam allegationem, quam etiam opinionem sequitur Marant. de ord. iud. 6. p. princ. c. de appell. nu. 92. fol. 568. licet Bal. in l. vnic. nu. 26. C. de confis. teneat con- tra gl. hanc, & contra furadista.

Et an idem t. sit in muliere litigante in iudicio per procuratorem cu iuramento constitutum videndus est Marant. ubi supra, nu. 94. & sequentibus. Ex quibus omnibus infero elegantem declarationem & opti- mum intellectum & limitationem ad tex. in l. clarum, C. de aut. praes. cui consonat l. 11. tit. 2. par. 1. & ad tex. in l. non ideo minus, C. de procur. & ad tot. tit. C. de his qui le- gitim. personam non habent standi in iudic. cum similib. qui- bus iuribus probatur, quod minori litigaturo debet prouideri curator ad litem, & quod alias iudiciali,